Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

33

putandi supra est horum quoque et in computando anni principi
um inveniunt. Verum aliis aptius multo et expeditius videtur. ut com
putatio omnis quantum non necessitas rationis obsistit. a principio an
ni sui et iam apud romanos incipiat. et usque ad terminum anni rato
atque intemerato ordine percurrat. Quae sit feria in kalendis quibusque. XXI.

Siquidem et aliter huic traditur argumentum. ad inveniendum diem ka
lendarum promptissimum. ita duntaxat. ut aliis utens regularibus
quod in hoc per epactas facis. in illo facias per concurrentes septimane
dies. Habent ergo regulares ianuarius .II. feb. .V. mart. .V. apr. .I. mai. .III.
iun. .VI. iul. .I. aug. .IIII. septemb. .VII. octob. .II. nov. .V. decemb. .VII.
Qui videlicet regulares hoc specialiter indicant. quota sit feria per kalen
das eo anno quo .VII. concurrentes ascripti sunt dies. ceteris vero annis addes
concurrentes quotquot in presenti fuerint adnotati ad regulares mensium singu
lorum. et ita diem kalendarum sine errore semper reperies. Hoc tamen memor
esto. ut imminente anno bissextili. unus concurrentium intermitten
dus est dies. eo tamen numero quem intermissurus (laxaturus) es. in ianuario februarioque
manens. At in kalendis primum martiis. per illum quem in circulo continet. solis
computare incipias. Cum ergo diem kalendarum ubi gratia querere vis. ian. dicis.
ianuarius .II. adde concurrentes septimane dies qui fuerint anno
quo computas. utputa .III. fiunt .V. quinta feria intrant kalende ia
nuarie. Item anno quo .VI. habet concurrentes. sume quinque regulares men
sis martii. adde concurrentes .VI. fiunt .XI. Tolle .VII. remanent
.IIII. feria quarta sunt kalende martie. Argumentum de qualibet luna vel feria. XXII.

Secundum romanos fit hoc ideo in his qui ante bissextum sunt. Ceteri recipiunt integritatem concurrentium. quia post bissextum sunt.

i. sexta feria fuerit nonus dies ante kalendas apr.

Est et iam vetus argumentum. non modo de kalendarum. verum de quibuslibet inter
kalendas dierum luna vel feria dinoscenda repertum. ali[...] quanto
quidem gravius ad discendum. sed maiorum tamen nobis auc[...]toritate
commendatum. atque ideo minoribus nostra eque sollertia tradendum. Si ergo vis
scire hoc vel illo die. quota sit luna. computa dies a principio mensis ia
nuarii. usque in diem de quo inquiris. et cum scieris adde etatem lune que
fuit in kalendas ianuarii. partire omnia per .LVIIII. Et si amplius .XXX.
remanserint. tolle .XXX. et quod super est. ipsa est luna diei quem queris. Item
si vis scire hoc vel illo die. quota sit feria. computa dies a kalendis ian. usque in
diem de quo inquiris. et cum noveris adde feriam que fuit die kalendarum
ianuariarum. Et si bissextilis annus est. etiam bissexti diem per quem transierit. ar
gumentare memento. Partire omnia per .VII. et quod remanet. dies tibi septi
mane que sit. ubicumque queris ostendet. Quod ita solum sine labore